

Maximiliani Transylvani Cæsaris  
a secretis Epistola, de admirabili  
& nouissima Hispanorū in Orien-  
tem nauigatione, qua uariæ, & nul-  
li prius accessæ Regiones inueni-  
tæ sunt, cum ipsis etiā Moluccis insu-  
lis beatissimis, optimo Aromatū  
genere refertis. Inauditi quoq. in  
colas, mores exponuntur, ac mul-  
ta quæ Herodotus, Plinius, Soli-  
nus atque alii tradiderunt, fabulo-  
sa esse arguunt. Contra, nonnulla  
ibidē uera, uix tamen credibilia ex-  
plicantur. quibuscum historiis Insu-  
laribus ambitus describit alterius  
Hemisphaerii, qua ad nos tandem  
hispani redierunt in columnæ.





REVERENDO DOMINO  
IOANNI MATTHAEO  
GIBERTO

S . D . N . DATARIO  
F. Minitius Calvus. S.P.D.

Nauigatio illa , quam superioribus annis Lusitani , Hispa  
nique ulteriores , quos Castellanos dicunt , inuenere , cum  
& laude & admiratione semper digna fuerit , quippe quæ  
alterum pene orbem maioribus nostris antea incogni  
tum , uariasque Regiones ac diuersos hominum mores  
nobis aperuit , Europæ complura commoda attulit . num  
quam tamen admirabilior fuit , quam cum una ex quin  
que Nauibus iussu Caroli Ro. Imperatoris Augustissimi ,  
Hispaniarumque Regis in eam nauigationem profectis ,  
in extremum Orientem ad eas usque Insulas penetrauit ,  
ubi pretiosiora nascuntur Aromata , quæ inde incogni  
tis prius itineribus Calichutiū importantur , ad aliaque  
Orientis emporia . deindeque illa ipsa nauis audacius ne  
scio an felicius , circuito sub Hemisphærio nostro Ocea  
no , in Hispaniam reursa est . huius autem diuturnum  
iter , incredibilemque Orbis circuitionem Maximilia  
nus Transylvanus Cæsar is a secretis Reuerendissimo . D.  
Cardinali Saltzburgensi fideliter & accurate longiore  
Epistola perscripsit . Quam ad me (ut eius est humanitas )  
misit Franciscus Cheregatus Antistes Aprutinus & Te  
rami Princeps , quium abhinc Annum , in amplissimo

A ii

conuentu Nurenbergensi Orator esset Pontificius. Cum  
igitur epistolam ipsam ex recenti Chalcographia no/  
stra emissurus essem , quod in ea multa sint cognitu non  
indigna, Nulli alii eam potius dicare debui quam tibi Gi/  
berete Opt . siquidem tu beatissimo Pontifici Clementi  
vii.nuper diuinitus electo, Pont.inquam uere Opt . Max.  
ut semper fuisti , merito es Carissimus . in administratio/  
neque eidem crediti Orbis,tu in primis & quod ipse iusse  
rit, strenue semper effici sapienterq , & quod ad eius glo/  
riam & Immortalitatem pertinet, id quod modestissime  
facis,ultra suppeditare consueuisti. Quare tibi præ cæte/  
ris intelligendum censeo si qua Orbis pars temporibus  
nostris , ut sic dixerim,in lycem prodeat , ut eo quoque  
Christianæ Religio,Romani que Pontificis authoritas tua  
etiam opera propagetur , atque de tanto hoc Pontifice  
Virgilianum illud merito usurpari possit.

Augustus Clemens diuum genus , aurea condet  
Sæcula, qui nuslus Latio regnata per arua  
Saturno quondam, super & Garamantas & Indos  
Proferet Imperium.iacet extra sydera tellus  
Extra anni, solisque uias, ubi coelifer Atlas  
Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum.

Eo accessit, quod omnia quæ a me proficiscuntur , quam  
uis exigua , non minus tibi iure debentur , quam Domi/  
nis quæ serui acquisierint.Ego etenim pro maximis & in

numeris tuis Virtutibus, & in me collatis beneficiis te iam  
diu Dominum agnoscere , ac non modo meum sed bo/  
norum & doctorum omnium Mæcenatem colere & ob/  
seruare institui. Quin etiam id mihi commodissime eue/  
nisse arbitror , Nam tibi , tum de tua dignitatis accessio/  
ne, tum uero de publica hac orbis hilaritate gratulaturus,  
cum sine Xeniolo aliquo litterario quod iis rebus pluri/  
mum delectari soleas, te adire indignum , mihique turpe  
putarem, hæc ipſa se obtulit Epistola , qua dum aliquid  
te dignius paro , interim meo qualicunque defungi pos/  
sem officio.

Vale .

Calvus Lectori.S.

Scio te hūanissime Lector, nō adeo lepores oratorios, & ue  
nustates quæ siisse ex Epistola Maximiliani, quam res ip/  
fas de quibus scripsit ille accuratissime in publicam utili  
tatem, uoluptatemque eorum, qui non contenti contem  
platione Regionum quas incolunt, euolant animo lon/  
gissime, latissimeque, & quærunt mente uidere quod ocu  
lis nequeunt cernere. hoc suppeditat Transylvanus doctif  
simus talia discere cupientibus. lenocinia & illecebras ora  
tionis hic nō admodum amauit, quippe cui satis fuit rem  
syncere & fideliter explicare. librarii autem negligentia  
factum est qui Epistolam hanc descripsit, unde ego im/  
primendam accepi, ut aliqua homines offenderent deli  
catos, non te lector eruditissime, qui aliunde facundiam  
tibi parasti. & hinc tantum quæreris cognoscere terrarum  
partes nulli unquam prius cognitas. Vale. tibiq. Musæ  
sint felices.

QVISQVIS ES , SIVE IMPRESSOR ,  
sive Bibliopola , caue libellum hunc ,  
aliosue quoslibet in Francisci Minitii  
Calui officina libraria primum excu/  
sos , excudendosue , intra proximum  
decennium uspiam gentium impri/  
mas , uel ab aliis temere forsan impref/  
sos uendas . haec enim seuerissimo edi/  
cto uetuit bonarum artium fautor Cle/  
mens . VII . Pont . Max . qui que secus fe/  
cerint , eos non modo in singula uolu/  
mina denis aureis multari , uerum &  
Christianorum commercio , atque  
aqua , & igni interdici uoluit .  
Vale . & uide , ne inuidus negotium  
tibi facefas , bene memor nullam  
**ESSE SCELERVM IMPVNITATEM.**



MAXIMILIANVS CAESARIS  
INVICTISSIMI A  
SECRETIS

Reuerendissimo. D. D. Mathæo Cardinali  
Salzburgensi. . S . P . D .

E D I T H I S D I E B V S  
una ex quinque illis nauibus, quas Cæsar su-  
perioribus annis dum Cæsareæ Augustæ  
esset, in alienum, & tot iam sæculis inco-  
gnitum orbem miserat ad inquirendum In-  
sulas in quibus Aromata proueniunt. Nam li-  
cet Lusitani Portugallenses ex aurea Chersoneso, quam  
nunc Malaccham putamus, magnam Vim eorum ad nos  
deferat, nihil tamen Indiæ illæ suæ præter Pipergignut.  
Reliqua enim ut Cynamomum, Gariophilum & Myris  
sticam nucem quam muscatam, & operimentum eius quæ  
florem Muscatæ uocamus, ad suos Indos ex longinquis,  
atque adeo nomine tantum cognitis insulis aduehi certū  
est, Nauibus nullo ferramento sed palmarum foliis dun-  
taxat compactis, Quarum uela rotunda sunt, & hæc quoque  
ex uimine palmarum contexta. Hoc genus nauium Iuncas  
appellant, Vnico tantum uento secundo, aut aduerso agi  
solitas. Nec mirum, quū hæc omnibus sæculis nostris mor-  
talibus incognitæ fuerint. nam quæcūque haftenus de Aro-  
matum huiusmodi nativo solo a priscis authoribus prodi-  
ta legimus, partim proflus fabulosa sunt, partim a ueritate  
tam aliena, Ut etiam regiōes illæ, Vbi ipsi Aromata gigni-

B

prodidere, ab iis locis ubi nūc ea nasci compertum est, pa  
ulo minus distent, quam nos ab eis seiuimus. Nam ut re  
liqua omittam, Tradidit Herodotus alioqui clarissimus  
author Cynamomum in aiuum nidis reperi, in quos  
uolucres illud ex longissimis regionibus, & præsertim  
Phoenix cuius Nidum, nescio quis Vnquam uiderit, detu  
lissent. Plinius uero qui certius aliquid afferre posse sibi ui  
debatur, qd iam ante ætatem suam, tum Alexandri Ma  
gni, tum aliòrum Classibus multa illustrata fuissent, tradit  
Cynamomum gigni in Aethiopia Troglodytis connu  
bio commixta, quum nunc compertum sit Cynamomo  
mum longissime ab omni Aethiopia gigni, & maxie Tro  
glodytarum, hoc est speluncis subterraneis habitantium.  
Nostris autem qui nūc rediere, quibus nihil tam cognitū  
erat quam Aethiopia, necessarium fuerit, priusquam has  
insulas repererint. & huc redierint, uniuersum orbē, idq  
sub amplissimo plerisque Parallelo circuire. Quæ nauia  
gatio quū & admirabilis, & nostra superiorum ætate ulla  
non modo non inuenta, sed nec unquam tentata fuerit,  
Statui cursum eius & totius rei seriem ad R.D.T. quā ue  
rissime scribere. Curaui enim mihi, & a duce classis, & a sin  
gulis nautis, qui cum eo rediere, referri omnia diligentissi  
me. Retulerunt autem & Cæsari, & aliis multis singula eq  
dem, ea fide & synceritate, Ut non modo nihil fabulosi  
afferre, sed fabulosa omnia alia a ueteribus authoribus pro  
dicta, refellere & reprobare, narratione sua uiderentur. Nā  
qs Monoscelos, seu Sciopodas, Scyritas, Spitamæos, Pyg  
mæos & multa huiusmodi monstra potius, quam homi  
nes esse crediderit, quum & a Castellanis in Occidente p  
meridiem, & a Portugallensibus in Orientem uelificant

bus,tot loca ultra Tropicum Capricorni quæ sita,inuen/ta,lustrata fuerint,ab his autem nostris reliquis uniuersus Orbis nauigatione nunc peragratus sit,neque tamen un/quam de huiusmodi monstruosis hominibus certi quic/quam audiri potuit,credi debet ea omnia fabulosa,& mendacia esse anilia nullo certo Authore,per manus quo dammodo tradita,Sed ne ego cui totus nunc Orbis pe/ragrandus est,in narrationis mæ exordio nimium digre/diar,ad rem uenio.

VM hinc ante annos fere triginta Castellani i/ Occidente,Portugalleñ.autem in Oriente,no/ uas atq; incognitas terras perquirere coepissent, ne alter alteri impedimento essent,partiti sunt duo ii Reges inter se terrarum Orbem summi Pontificis puto Alexandri sexti authoritate,hac ratione,Vt ab insu/lis Hesperidum ,quas nunc Promontorii seu Capitis uiri dis appellant,recta iñ occidentem Trecentum sexaginta miliaria quas Leucas uocant, linea uersus Arcticum,& al/tera uersus Australem Polum protenderetur,quoad rur/sus coirent,Orbemq; in duas partes æquales diuiderent . Et quicquid incognitæ terræ in parte Orientali detege/re tur hoc Portugallensibus cederet,quicquid in Occidé/tali,Castellanis . Hinc factum est ut Castellani per meridi/em in occidentem semper nauigauerint & ibi continen/tem terram amplissimam,Insulas uero maximas & innu/meras Auri & Margaritarum,aliasq; opum diuites ,& nunc postremo ingentem Vibem mediterraneā Themis/titan in lacu quodam, Venetiarum more sita inuenerint,

de qua multa & magna, uera tamen, Petrus martyris memo  
riæ prodidit, Author circa rerum fidem, quam elegantia  
sermonis accuratior. Portugallenses uero per meridiem,  
& littora hesperidum, Ichthiophagorum Aethiopum  
æquinoctialein & Tropicum Capricorni prætereuntes in  
Orientem nauigauerunt, & multas, maximasq; & prius in  
cognitas Insulas atq; adeo Nili fontes & Troglodytas in  
uenerunt. Illuc per Arabicum & Persicum sinus in Indiæ  
littora intra Gangem, ubi nunc maximum Emporium ibi  
dem & Regnum est Calichuticum, delati sunt. Hinc ad  
Taprobanem quā nunc Zamataram uocant, nauigauerūt.  
Nā ubi Ptolemæus, Plinius & reliqui Cosmographi Ta/  
probanem posuere, nulla nunc est Insula, quæ ulla ratio/  
ne, ea esse credi possit. Inde ad Auream Chersonesum  
Vbi nunc Malaccha Celeberrima Vrbs & maximum Ori/  
entis Emporium situm est, peruenierūt. Ex hac, sinum ma/  
gnum ingressi sunt, ad Sinarum usq; populos, quos nunc  
Schinas uocant, Vbi candidam gentem & ciuilem satis re/  
purerunt, Germanis nostris similem. Credunt Seres & Scy/  
thas Asiaticos eosque protendi. Et licet incertus quidā  
Rumor peruagaretur Portugalleñ. in Orientem eo usq;  
progressos ut lunitibus suis transensis, in Castellanorum  
terminos uenirent, Malaccham etiam & sinum magnum  
intra nostros fines contineri, Omnia tamen dicta potius  
q; credita fuere, Donec ante quadriennium Ferdinandus  
Magellanus Portugallensium uir clarus, & qui multos an/  
nos Portugallensium nauium præfectus oras totius Ori/  
entis peragrarat, in odium Regis sui, quem in se ingratissi/  
mum querebat, & Christophorus Hara frater socii mei  
qui ex Vlyssippone quān uulgo Lisbonam uocant, per su

os multis annis in Oriente illo & tandem cum Sinarū po  
pulis mercaturam fecerat , Ita ut earum rerum magnum  
usum haberet. Is quoq; iniuria a Portugallensium rege ac  
cepta, se in Castellam patriam recepit , ut Cæsari ostende  
ret nondum quidem satis compertum , utrum Malaccha  
Castellanorum finibus , aut Portugallenſium continere/  
tur, propterea quod haſtenus nulla certa longitudinū ra/  
tio inueniri potuifet, satis tamen conſtare ſinum magnū  
& Sinarum populos ad Castellanorū nauigationem per/  
tinere. Hoc item haberi longe certiſſimum , Insulas quas  
Moluccas uocant in quibus Aromata omnia gignerent/  
ur, & Vnde in Malaccham ueherentur in Occidente Ca/  
ſtellanorum contineri, posſeque ad illas nauigari. & unde  
aromata facilius minoreq; impensa & pretio, tanquam ex  
natuo solo in Castellam deportari . Ratio nauigationis  
erat, ut ex Occidente subter inferius Hemisphæriū in Ori/  
entem uſq; nauigarent. Res pene ardua, & uana uifa eſt, nō  
quod graue existimabatur refta ex occidente in orientem  
subter Hemisphæriū uehi, sed quod incertum eēt, utrū  
ingeniosa natura quæ nihil non ſumma cum prouidentia  
conſtituit. Ita Orientem ab Occidente, partim mari, par/  
tim terra diſtinxiſſet , Ut hoc itinere & nauigationis cur/  
ſu, ad Orientem perueniri poſſet. Non enim compertum  
erat , Vtrum illa ingens Regio quam terram firmam uo/  
cant, occidentale mare ab orientali diſterminaret. lique/  
bat Continentem illam ab australi in meridiem , & inde  
in occidentem uergere , Repertas Etiam ad septentrio/  
nem regiones duas , quarum alteram Bacclearium a no/  
uo genere pifcium , Alteram Floridam uocant , Quæ ſi  
terræ huic ſimile Coniungerentur, nequaquam ex Occi/

dente in Orientem posse deferri , cum nihil de freto ali/ quo huius terræ, quod transiri posset, licet diligentissime magnisq; laboribus perquisitum, nunq; tamen inuentum esset, Per portugalenſium autem limites, & Orientem, rē incertam & longe periculofissimam dicebant . Qua de re Cæſari & suis uisum est , eos quidē rē, ut magnæ spei, ſic maioris difficultatis polliceri, Cūq; uterq; in diem du ceretur, obtulit Magellanuſ ſeſe iterum . Christophorus autem impēſis ſuis, & ſuorum Claffein inſtructurum, dū, modo authoritate & auſpiciis Cæſaris nauigare liceret. In quo duin obſtinatiuſ perſiſterent, parauit Cæſar ipſe Clafsem quinq; nauium, & huic Magellanuſ dux præfici tur. Mandata erant, ut ad littora terræ firmæ uersuſ Auſtrum nauigarent, donec illius Regionis aut finem, aut fretum aliquod inuenirent, per quod ad Odoriferas illas Moluccas perueriri poſſet.

Soluit itaq; Magellanuſ die decimo Auguſti Anno . M. D. xix. quinq; nauibns ex Hispali, unde paucis diebus, ad iſuſlas fortunatas, quæ nunc Cannariæ paſſim undiq; ap pellantur, Ventum eſt. ad Hesperidum inde iſuſlas per uenere, a quibus curſum ſuum inter Occidentem & Meridiem uersuſ, Cōtinentein illam, quam ſupra memorauimus cepere, ac intra certos dies felici nauigatione Pro montorium detexere, cui ſanctæ Mariæ nomē inditum eſt. Vbi Ioannes Ruy dias Solius nauium præfectus, dum iuſſu regis Ferdinandi Catholici littora huius continentis clasſe peruagare, ab Antropophagis, quos Indi Cá nibales uocant, cum aliquot ſociis cōmestus fuerat. Hinc noſtri perpetuo curſu, huius continentis littora legere, q; longiſſimo Tractu in Austru (quem nūc plaga in ſub Au

stralī polo appellandū duco) & paulū ad Occidentem  
uergentia protenduntur, ita Tropicū Capricorni ad mul-  
tos gradus trāscenderunt, sed non tam facile quam dixi.  
Sunt enim ultimo Martii sequentis anni delati ad sinum  
cui S. Iuliano nomen imposuere. Hic polum antarcticū  
xlii. gradus super Orizontem suum illis eleuatum tam ex  
altitudine & declinatione Solis ab æquinoctiali, qua iam  
plurimum, & plusquam altero quoquis sydere nautæ no-  
stri utūt, quam ex ipsis Antartici altitudine deprehē-  
derunt. Longitudinem uero a fortunatis insulis in Occi-  
dentem, lvi. Gradus tradidere. Nain cum prisci Cosmo-  
graphi & præsertim Ptolemæus longitudines locorum  
a fortunatis insulis in Orientem usq; in Cattigaram, Cen-  
tum, & octoginta gradibus metirentur, Et nostri quam  
longissime in Occidentem nauigauerint, Coepere, a For-  
tunatis insulis per occidentem, ut debuere, usq; ad Cattigaram, alios, clxxx. gradus designare. Tamen nostri nau-  
tæ propterea quod in tam longinqua adeoq; a terra di-  
stanti nauigatione longitudinum certa signa terminos,  
q; sibi præfigere, designareq; non possunt, potius mihi in longitudinum ratione hallucinati, quam quicquam  
certi attulisse uidentur. Atramen ea interim qualiacun-  
q;, donec certiora reperiantur, non prorsus reuicienda,  
sed admittenda existimo. Sinus hic Vastus uidebatur &  
speciem freti referre. Quamobrem Magellanus præ-  
fectus diuibus nauibus Sinus situm explorare iubet, ipse  
reliquas in alto anchoris firmat. Post biduum relatum est  
sinum uadofsum, nec longius in terrā produci.

NOSTRI in reditu aliquot Indos ad littora Conchylia le-  
gentes conspexere. Indos uocant onmiū incognitarum.

terrārum indigenas. Erant procerae longitudinis palmo-  
rum scilicet decem, ferinis pellibus testi, fusciores quam  
regionis situs postularet. Ad quos dū aliquot ex nostris  
in terram egredierentur, atq; illis Tintinabula, & Chartas  
Papyraceas depictas ostéderent, coepere nostros ad rude  
murmur & in conditum carmen circum saltantes saluta-  
re. Ut nostris sui admirationē facerēt, demisere absq; nau-  
sea sesquicubitales sagittas per guttur ad Stomachi usq;  
fundum, quas protinus rursus extrahentes, quasi ea re for-  
titudinem suam ostentassent, gaudere uisi sunt. Venere  
tandem tres tanquam legati & nostros signis quibusdam  
oratunt, ut secum longius in terram progrederentur, qua-  
si essent eos omni hospitalitate excepturi. Mittit Magel-  
lanus cum his uiros septem bene instructos ut regionem  
& gentem diligenter, quo ad possent, indagarent. Hi  
cum eis ad mediterranea Regionis vii. miliaria profecti  
sunt. Ventū est in desertum & inuium nemus. hic erat Tu-  
gurium humile admodum, & ferarum pellibus cooper-  
atum. Duæ erant in eo mansiones, in altera mulieres cum  
prole sua, in altera uiiri uersabantur. Mulieres & infantuli  
tredecim, uiiri quinq; erant. Hic hospites ferali apparatu-  
q; tamen illis Regius uidebat, excepere. Occisum est aīal  
quod haud multum ab Onagris differre uidebatur, huius  
carnes semitostas nostris apposuere, Nullo alio Cibo ne-  
q; potu apposito. Nostris noctu præter morem sub pelli-  
bus cubare necessarium erat ob ingentem uim niuium &  
uentorum. Quare priusquam dormirent excubias dispo-  
nunt. Idem & Indi faciunt, qui ad focum horribile ali-  
quid stertentes prope nostros strati erant. Quum illuxis-  
set nostri postulant ut cum omni familia, una secum ad  
naues

natus reuerterentur, quod cum Indi illi diu negassent, & nostri hoc imperiosius exigere coepissent, ingrediuntur viri ferale illud Gynecium. Hispani arbitrati sunt eos cum uxoribus hanc transmigrationem consultare. Cum inter rim aliis quibusdam horribilibus pellibus a planta pedis ad summum uerticem tecti, facie variis coloribus infecta, Arcubus & sagittis ad prælium terribili & stupendo hoc accincti ornata, & lõge maioris quam antea staturæ in acie prodeunt. Hispani qui ad manus deueniendū putabant, Pividē emitti iubent, quod ictus & si irritus fuisset, egregii tñ Gigates, quod paulo ante Loué debellaturi videbant, hoc sonitu adeo sunt deterriti ut pratinus de pace loq coeptū sit. Sūma, ut tres viri reliqua familia dimissa cum nostris ad naues redirent. Itur itaq; ad naues sed cum nostri hominido Gigantuloꝝ cursum, sed nec passus cursu æquare possent, duo ex iis ex itinere ad conspectum Onagri procul in monte paſcentis, quasi hunc infestuturi essent, fuga evasere. Tertius ad naues perductus sed inedia quam sibi inclorum more ex tempore indixerat, intra paucos dies extintus est. Et licet præfectus nauium ad Tugurium illud remisisset, Ut denuo unum aliquem Gigantem illorum caperet, quem pro rei nouitate Cæſari afferret, nemo tamē inuentus est, sed omnes una cum Tugurio alioſe transfererant, unde liquet gentem illam quoq; Vagam. Nec postea nostri, licet ad ſinum illum per multos dies ut infra memorabimus, permanſſent, Indum amplius in litore illo conſpexere. Sed nec tanti etiā quocq; in regiōe illae arbitrati quo & mediterranea illius longius ſcrutari debent, Et quanq; Magellanuſ animaduerteret longiorē mansionem illuc inutilem eſſe, tamē quia mare aliquot

C

dies fluctuosum turbidūq; cœlū esset, & terra illa cōtinue  
ad Austrum uergeret, ut quo magis p̄grederen̄, eo regio  
nē frigidiorē inuēturi, discessus necessario de diē in diē  
dilatus est, donec iam mensis Maius aderat, Aquo illic as-  
terrima hyems s̄euire īcipit, atquæ adeo, ut iā nostra ae-  
state ibidē Hyemandū eēt. Prospiciēs autē Magellanus  
nauigationē diuturnā fore, Cōmeatū inter suos, quo lō/  
gius copia eius suppeteret, parcius iubet distribui. Hispa-  
ni ubi per aliquot dies rē æquanimiter tulissent, hyemis  
quoq; magnitudinem, ac terræ rigorē ueriti, orarunt tan-  
dē præfectum suū Magellanum, ut quoniam aīaduerte-  
ret regionē illā perpetuo tractu in Austrū protendi, nec  
spē finis illius, aut freti superesse, Hyemē quoq; s̄euā im-  
minentē & multos inedia, rerūq; incōmoditate extictos  
fese quoq; legē illā sumptuariā quā tulissent, diutius non  
posse sustinere, Cæsarē autem nunq; eius animi fuisse, ut  
quicq; obstinatius tentari deberet, cui natura cæteræq;  
difficultates obstante, labores suos iam satis p̄spectos  
probatosq; fore, Quum eo usq; profecti iam erant, quo  
nunq; ulla mortalium audacia uel temeritas progredi au-  
sa fuisse, Posse autem facile, flante ab Austro uento, in/  
tra aliquot dies, si Meridiem uersus uelificaret, in maio/  
rem aliquam plagam deferri. At contra Magellanus cui  
iam decretum erat, aut mori, aut copta perficere, Res-  
pondet sibi a Cæsare cursum nauigationis præscriptum,  
ā quo neq; posset, neq; uellet ulla ratiōe discedere, & pro-  
prærea eosq; nauigaturū, quo terræ huius aut finem, aut  
fretū inueniret. Quod & si hyeme obstante in p̄sentia p̄/  
stare non posset, in æstate tñ regionis illius rem facilē fo-  
re, Siquidem ipsos tunc uersus Antarcticū terræ eius tra-

Etū secuturos, quō ad illis tota ea æstas unicus & ppetuus  
foret dies, esse quoqmodo uellēt, unde inediā & Hye,  
mis incōmoditatē leuarēt, siquidem lignorū magnā esse  
copiā, Mare cōchylia, & pleraq genera pisciū optimorū  
præber e, Fontes ibi salubres Aucipiū quoq & uenatio  
nē subuenire multis, Panē uero neq uinū haſtenus de  
fuisse, neq deinceps defutura, dūmodo ea ad necessita  
té, & tuendā salutē, non ad uoluptatē & luxū dispensare  
patiant̄. Nihil autem haſtenus aſtum, quod aut admi  
ratione dignū, aut quo reditui necessitatē prætexerent, si  
quidē portugallenses nōmodo quotānis, sed quotidie  
fere tropicū Capricomi quī in Orientē penetrarēt nul  
lo negotio ad.xii.usq gradus trāscendere, Se aut̄ quantu  
la laude dignos existimādos, qui quatuor nō amplius gra  
dibus in Austrū processissent, Sibi certe hoc statutū, an  
te se extrema paſſum, quā Hispaniam cum ignominia  
repetiturū, credereq socios oēs aut ſaltem eos in quibus  
generosus ille Hispanoꝝ spiritus nondū prorsus effet ex  
tinctus, eiusdem quoq animi esse, Illid itaq duntaxat hor  
tari, ut reliquum hyemis æquo animo ſuſtirerent, Tan  
toq fore uberiora præmia quāto maioribus laboribus &  
periculis Cæſari nouum & incognitum Aromatum at  
q Auro diuitem Orbem apperuiffent. Hac concione  
Magellanuſ ſuorum animos mitigatos, erectosq esse exi  
ſtimans intra paucos dies, nefaria foedaq; ſeditione af  
flitus est. Nā uulgo inter nauales Socios coepere ſermo  
nes de ueterē arg aeterno Portugallensium atq Castel  
lanorum odio, Magellanum Portugallensem eſſe, nihil  
ab eo glorioſius patriæ ſuæ geri poſſe, quam hanc Clas  
ſem cum tot uiris pdere, neq credendum, etiam ſi poſſ

C ii

set Moluccas insulas reperire, cupere. Sed satis habitus si  
Cæarem aliquot annos uana spe possit circunducere, In-  
terim uero noui aliquid euenturum, Vnde Castellani ab  
**Aromatum** inquisitiōe prorsus auertantur, Neq; itē Cœ  
ptum iter ad Moluccas illas beatas pertendere, Sed ad p-  
petuas aliquas niues, ad glaciem & coeli perpetuam intē  
periem. Magellanus his dictis mirifice irritatus corrigit  
socios, sed asperius aliquanto quam homini peregrino  
idq; in regione longinqua præfecturā gerenti conueni-  
ret. Itaq; facta conspiratione nauim occupant, regressum  
in Hispaniā apparates. Ille cū reliquis, quos adhuc dicto  
audiētes habebat, nauigium illud inuadit, Ducem eius ac  
alios p̄cipuos supremo supplicio afficit, iis etiam in quos  
iure id fieri non poterat, eam sortem subeuntibus. Erant  
enim Regii quidam ministri in quos nemo præter Cæsa-  
rem ipsum eiusue Senatum capitali poena aīaduertere iu-  
re potest. Nemo tñ pro tempore Regium imperium de-  
trectare ausus fuit, licet non defuere qui adinnicem susur-  
rarent, Magellanum eo modo in reliquos ad unum om̄  
nes Castellanos s̄æuitia grassaturū, donec sublatis uniuersi-  
tate medio, ipse cum paucis Portugallensibus suis, eadē  
classe in patriā reuerti posset. Altius itaq; hoc odium pes-  
store Castellanorū infedit, Magellanus tñ cum primum  
maris p̄cellas & hyemis aspitatē mitescere aīaduerteret,  
Solut ex sinu diui Iuliani. xxiii. Augusti, utq; antea multos  
dies, terræ tractum in Austrum uergentis fuerat secutus,  
conspicuum est tandem Promotoriū quod Sanctæ cru-  
cis appellauere. Vbi dum eos seuerior tempestas ab Oriē-  
te exorta deprehenderet, Vna ex quinq; nauibus ad littor-  
ia elisa est, hominibus cum mercibus & armamentis sal-

uis, præter serum unum Aethiopem qui fluctibus obni-  
tus, & demersus fuit. Hinc tellus paulo inter Orientem &  
Austrum protendi uisa est, quā dum more suo lustrare in-  
cipiunt. xxvii. Nouembris, fauces quædam, quæ speciem  
freti præ se ferrent detectæ sunt. Ingreditur eos Magel-  
lanus protinus cum uniuersa classe, Vbi dū alios atq; ite-  
rum alios sinus conspicit, Iubet eos omnes diligenter na-  
uibus collustrare si uspiā transitus pateret, quas se ad qn/  
tum diem, quæcumq; acciderent, in freti faucibus expe-  
staturum recepit. Vna ex his, cui ipsius Magellani ex fra-  
tre nepos Aluarus Meschita præfuit per sinus ipsius reflu-  
xus iterum in mare, unde sinum ingressa fuerat, defertur.  
Hispani autem cum se longius a reliquis nauibus distare  
considerarent facta conspiratione de reditu Aluarū præ-  
fectum nauis suæ in uincula coniiciunt ac iter suum Sep-  
tentrioñ uersus capiūt, Suntq; tandem ad littora Aethio-  
piæ de lati. Inde parato comitatu Octauo mense postq;  
a reliquis discesserant, in Hispaniam uenere, Vbi Aluarū  
causam ex uinculis dicere faciunt quasi ipsius maxime cō-  
filio atq; suasu Patrius Magellanus tanta saeuicia in Ca-  
stellanos usus fuisset. Itaq; Magellanus, ubi aliquot dies ul-  
tra statutum tempus Nauim hanc expectasset & altera re-  
diisset quæ nihil præter sinum uadolum, Scopulosq; &  
rupes altissimas in littore compreserat, Tertia uero nauis  
nunciaret sinum hunc maximā freti similitudinem habe-  
re, Quod cū triduo nauigantes exitū quidē nullum, sed  
quo latius progressi fuissent, angustius maris spacium in-  
uenissent, & eam altitudinem, cuius multis in locis nulla  
longitudine fundum attingere potuere, animaduertisse  
etiam ex æstu maris fluxum aliquanto, quam refluxum ue-

hementiore, Inde illis quoq; p'suasū eē Illac trāsitū ī alid  
aliquid pelagus patere, Statuit p' hunc uela uentis dare.  
**ERAT** fretum hoc, quod quidem tunc fretum esse ignora-  
batur, Latitudinis aliquando trium, aliquando duorum,  
non unquam decem aut quinq; milliariorum Italiconum,  
Vergebatq; paululum in Occidentem, Altitudo autem  
poli australis duos supra quinquaginta gradus inuēta est,  
longitudo uero eadem quam ad sinum Sancti Iuliani cō-  
perissent. Aderat iam mensis Nouember, Noctem habe-  
bant paulo amplius horarum quinque. Nullos unquam  
**Mortales** in littore cōspexere. Visa fuit tamen nocte Igni-  
um maxime a sinistro latere multitudo. Ex quo coniectu-  
ram faciunt, se ab Incolis regionis illius fuisse conspectos  
**Magellanus** autem q; terram illam fragosam atque insu-  
per Aetemis frigoribus rigentem uideret, in dignum lu-  
dicabat in ea indaganda plures dies perdere. Quamobrē  
tribus tantummodo nauibus continuo Cursu in interiora  
freti uectus est. Donec uigesimo secūdo die post quam in  
eo nauigare cooperat, in aliud mare amplum atq; uastū de-  
fertur. Lōgitudinem freti milliariorū Hispanorum fere  
centum esse attestatur. Terrain quam ad dextram habui-  
sent Continentem esse quam diximus haud dubium est;  
ad sinistram autē non Epirum sed Insulas esse existimant,  
Quod aliquī ex latere illo in ulteriori littore maris reper-  
cussum & fremitum audiuisserint. Videt Magellanus Con-  
tinentem rursus recte in septentrionē dirigi, Quamobrē  
iubet diuissa terra illa, ingēti ad dexterā nauigatione cur-  
sum per uastum & Ingens hoc Pelagus, quod nescio, an  
unquam nostras aut alienas naues conspexerit, recta in eā  
oram dirigere, ex quo Corus flare consueuit, hoc est in ter-

Occidentem & septentrionem, ea quidem ratione ut tandem per Occidentem in orientem, ac rursus sub Zonam Torridam perueniret. Satis enim exploratum habuit Moluccas in renotissimo esse Oriente & haud multum alinea Aequinoctiali posse distare, huc perpetuis cursus fuit. negabat eo unquam discessere nisi quantum tempestatum, & uentorum uis eos aliquando aliorum declinare coegerit. Vbi .xl.dies hoc modo uehementi, & ut plerunque secundo uento per altū delati fuissent, rursus uero sub Tropicō Capricorni nauigarent, Venere in conspectum insulae duræ, exiguae tamen & steriles, ad quas dum naues appetellere conarentur, eas inhabitatas inuenierunt. Ad eas tamen curationi & recreationi corporum, nam piscatio fastis commoda, biduum consumptū est, Insulas tamen has Infortunatas cōmuni decreto appellant. Tū rursus inde soluerūt pristino illo cursu & nauigatiōis instituto. Dūq; iam trimestre supra dies uiginti feliciter p altum hoc uehement, ac ingens maris spatiū metiti eēnt, Vastius quā ullū humanū ingenī caput, q; assidue fere magna uiuentorū acti eēnt consisterent, iam denuo citra Aeqnoctialē lineam, cōspecta est illis tandem Insula quædā ab indigenis ut postea cognoverūt, Iuuagana noīata. Cui cū propius accederent, cōpererunt altitudinē Poli Arctici Vndecim gradū, longitudinē uero a Gadibus p occidente. clviii . arbitrabant. Protinus alias atq; iteg; alias p spexere, ita ut se in Archipelagus quoddā ingens delatos uideret. ad Iuuaganā uentū est, Attī ī ūlā inhabitata iuenta est. Accedūt ad alia exilē licet, ubi duas Cádas Indogā cōspiciūt, Sic. n. hoc géus nauigii qđ p exiguū ē, ab Indis nūcupari solet. Est. n. excisū, cauatuq. ex unico arboris trūco, capitq. unū, uel ad

summum, alterum hominem. Indiciis ac signis, sicut muti  
cum mutis loqui solent. ab Indis scrutantur nomina insu  
larum, & unde nam eis commeatus copia subministrari  
posset, Cuius magna penuria premebat. Intelligent illā  
in qua fuerant, Iuuaganam, ubi tunc essent, Acaciam nun  
cupari, Sed utranque inhospitam, Cæterum haud longe  
distare insulam cui Selani nomen esset, quam & fere digi  
to ostendebant, Eam habitatam & copiam omnium re  
quæ ad Vitæ necessitatem spectarent, in ea reperiri. nostri  
aquatione in Acaca facta ad Selani tendunt. Deprehen  
dit hic eos aduersa tēpestas, ut ad insulam illam naues ap  
pellere nequierint, quin ad Massanam aliam insulā deie  
cti sunt, Vbi trium insularum agit Rex. Inde ad Subuth  
peruenere. Ampla hæc est & ingens insula, ubi inito cum  
Regulo foedere, protinus in terram descendunt, ut Sacra  
de more Christianorum facerent, aderat enim festum Re  
surrectiōis illius qui nos Saluos fecit. Quare in littore ex  
nauium uelis & Ramis facellum, atque in eo altare Christi  
anorum ritu construunt, patrioꝝ more sacra faciunt. Ac  
currit Regulus cum magna Indorum copia, qui omnibus  
peractis uisi sunt hoc Deorum cultu delectari, præfectura  
que atque aliquos ex præcipuis in tugurium Regale dedu  
cunt, & ea quæ habebant Cibaria apponunt, panis quem  
Saga uocant, est ex trūco seu ligno arboris, haud multum  
a palmis dissimilis, hæc fructatim dissesta, ac in satagine  
oleo frixa panem hunc præbet, cuius particulam. R.D.T.  
mitto. Potus erat humor, qui ex concussis palmarum ra  
mis defluere, & manare solet. Aucupia quoꝝ Cōuiua or  
nabant. Reliqua fructus illius erant Regionis. Conspicit  
Magellanus in domo Reguli quendā aegrum & iā pror  
sus ex,

sus extenuatū. Scrutatur quis nam hic esset , & quo morbi genere torqueretur . Intelligit nepotē illius reguli & iam Biennio uehementi febre laborasse . Iubet eum bono animo esse , si modo se Christo deuoueret , protinus salutē & pristinam ualetudinem recuperatum . Indus conditio , nem accipit , cruceq; adorata , baptismum capit . Postri die se incolumen affirmat , surgit ex lectulo , ambulat , cibū sumit ut reliqui , nescio quæ insomnia suis Indis narrat . Quid multa ? Regulus ipse cū Indorum duobus millibus supra ducentos baptizatur , Christiq; nomen & Religionē profitentur . Magellanus autem hanc diuitē auro & gingiberi esse considerat , præter omnia , circū uicinis iſulis sitū suo adeo opportuna , ut inde facile earum opes , & terræ munera posset explorare . Quapropter Regulum Subuth adit , illigī persuadet , cum ipse dimisso uano atq; impio deorum cultu , se ad Christi religionem cōuertisset , æquū esse ut reguli proximarum iſularum eius iussui imperioq; parerent , statuisse itaq; se hac de re legatos mittere , & eos qui minus audientes forent , ad hoc armis cogere . Placet barbaro conditio , legati mittuntur . Venit idem atq; alter regulus , & Subuthicum patrio more adorant . Erat proxima iſula Mauthan cuius Rex cæteris militia & armis præstabat , ille recusat se eum adoraturū cui iam diu imperare solitus fuisset . Magellanus , qui quod coepisset , confidere cuperet , armari iubet quadraginta ex suis , quorū virtutem & in bello robur perspectū habuit , inque Mauthan cymbis uehitur . Proxima iſula erat . Subuthicus Regulus alius quot ex suis ei adiunxit , qui iſulæ sitū & naturā locoq; doceant , & si in re esset , acie etiā decerter . Rex Mauthan noctis aduentare prospiciens , ad tria milia suorū in Cam,

D

pū educit. Magellanus suos cū tornētis, machinis belli-  
cis licet paucis, in littus exponit, & quanq̄ se longe hosti-  
bus inferiorem numero animaduerteret, gentē præterea  
bellicosam, quæ lanceis & aliis longioribus armis uteret,  
satius tamē duxit cum eis acie decemere quā aut regredi,  
aut Subuthico milite uti. Iubet itaq; suos bono atq; cōstā-  
ti esse animo, neq; terri hostiū multitudine cū s̄æpe ui-  
sum esset, cum aliis, tū proximis diebus in insula Iuwana  
Hispanos ducentos, aliquādo ducentena, nōnunquā ter-  
centena hominū milia acie fudisse. Subuthicis uero osten-  
dit, se non eos ad pugnandū, sed ad suorū fortitudinem &  
in bello robur spectadū adduxisse. Itaq; impetu in hostes  
facto pugnatur acriter utrig; sed cum hostes numero su-  
perarent nostros, & longioribus armis uteretur, quibus no-  
stris multa incōmoda inferrent, cōfossus est tandem ipse  
Magellanus. Reliqui autē & si nondū plane uicti uidetur,  
amissio tamē duce pedem referut. Quos, hostes qui in or-  
dine retro cederet, iſequi nō audent. Reuertunt̄ itaq; Hi-  
spani amissio classis præfecto Magellano, & aliis sociis se-  
pt̄ in Subuth, ubi nouū classis præfectū eligut Ioānem  
Serranū uig; haud spemendū. Is protinus inita foedera cū  
Subuthico rege nouis muneribus renouat, ac Mauthan  
Regem se deuictu; spondet. Habuerat seruū Magellanus  
ex insulis Moluccarū ortū quē alias in Molucca emerat.  
hic Hispanicā linguā absolute callebat, & alio adhibito  
interpretē Subuthico, qui Moluccēsis sermōis gnarus erat  
nostrī negotiabant̄. Hic prælio Mauthensi interfuerat, &  
exilia quædam uulnera in eo acceperat. Qua de re cuba-  
bat toto die intentus ualeitudini. Serranus qui nihil sine  
eo tractare potuerat, corripit hominē durioribus uerbis.

Sunt numero quinque, Taranthe, Muthil, Thedori, Mare,  
& Mathie nuncupatur, tu citra, tu ultra, tum etiam sub  
i prosa æquinoctiali situr. Alia Gariophilum. Alia Myristi-  
cam nucem, Alia Cynamomum gignit. Vicinæ sunt om-  
nes, sed paruæ atque angustæ admodū. Reges illare paucis  
ante annis immortales aias esse credere coepere, haud alio  
argumento dusti quam quod Auiculam quandam pul-  
cherrimam, nunquis terræ, aut cuiquis aliæ rei quæ in terra est  
insidere solitâ animaduerteret, Sed aliquâdo ex summo  
æthere exanimé in humum decidere. Et cum Mahume-  
tani, qui cõmercii causa ad eos cõmearent, hanc auiculam  
in Paradiso ortam, Paradisum uero locum animaque quita  
functæ essent, attestaretur. Induerut hi Reguli Mahumetis  
sestam, quod hæc de hoc animarum loco mira pollicetur. Aui-  
culam uero Manuccodiata appellauerunt, quā adeo istæ  
sæcæ religioseque habent, ut se ea reges in bello tutos existimatur  
etiam si suo more in prima acie collocati fuerint. Plebei  
aut Caphre sunt, & eisde fere moribus, & institutis, qui  
bus insulanos Pome ostendimus. Sunt aut egetes admodū,  
ut pote apud quos nihil potest Aromata pueniunt, quod cù uene-  
nis Arsenico, & Mercurio sublimato uulgo appellatis, ac  
linteis, qbus ut plurimum uescunt, libeter cõmutat, inquæ  
uero usum his uenenis utatur, Nodum satis compertum est. Vi-  
uunt pane Saga, & piscibus ac nonuquis psitacis. latet Tugu-  
riolis demissis admodū. Quid multa? Oia apud hos huius-  
lia, & sordida potest pacem, otium & Aromata. Quoque alterque &  
quidem pulcherrimum summumque bonum, ingens morta-  
lium iniquitas ex hoc nostro Orbe relegasse ad eos uiden-  
tur. Aromata uero tum avaritia, tum inflatiabilis gulæ au-  
ditas, nos in ignoto etiam orbe illorum quærere cogit. A

deo hominum protervia, salubria quæq; haud longe fati  
tis nequit protédere, neq; quæ luxus & libidinis appetere  
Nostrí uero Moluccas situ diligenter inspecto, & cuiusq;  
insulæ prouentibus, præterea Regulorum moribus ex/  
ploratis ad Thedori accedunt q; hanc copia Gariophili  
cæteris antecellere, Regem uero prudentia, & humanita  
te reliquis regibus præstare, intelligebant. Paratis itaque  
muneribus in terram descendunt, ac Regem salutat, præ/  
bentq; munera, tanquam a Cæsare missa. Ille muneribus  
acceptis, benigne in coelum suspiciens, iam inquit Bien/  
nium agitur, Quim uos a maximo Rege, ad inquirédum  
has terras dimissos, e syderum ratione cognoui. Quare  
aduentus uester, tato mihi gratior, iucundiorq; ē quanto  
**Astrorum** significatione diutius mihi præscitus fuit. Et  
cum nihil huiusmodi evenire scio quod non iam diu fa/  
torum, & syderum decreto statutum sit, non is ero, qui  
aut fatis, aut syderum significationi aduersari moliar, sed  
uolēs libēsq; post hac deposito Regio fastigio me tm̄ Re  
gis uestri noie, huius Insulæ prociationem gerere existi  
mabo. Quare naues in portū si b. lucite, & reliquos socios  
in terram tuto descendere iubetote, Ut nunc tandem post  
tam longam maris iæstationem totq; rérum pericula se  
cure terræ benignitate fui, & corpora curare possitis, Ne  
q; aliud existimate quam uos in Regis uestri regnum ue/  
nire. His dictis, deposito Diadematè singulos amplecti/  
tur, & quæ terra illa alimenta habebat, afferri iubet. No/  
stri hac re lætati, ad sotios redeut, ac quæ acta sunt, renu/  
tiant. Hi hac regis comitate & beneuolétia lætati Insula  
potiunt, Vbi cū aliquot diebus & regia munificézia fuis/  
set recreati, Inde ad reliquos reges legatos mittut ad insu

scilicet, nō defuisse seruū atq; mācipium esse occiso Mau-  
gellano, sed grauius iugū seruitutis subiturū, & aspernimiſ  
loris cæſum iri niſi officiosius demandata ministeria exi-  
queret. Seruus hic ex his uerbis ingens odiū in nostros cō-  
cipit, diſſimulata tñ ira. Post aliquot dies Regulū Subu-  
thicū adit, docet infatiabilē eſſe Hispanoꝝ auaritiā, illisq;  
hoc statutum & decretū, ut deuicto Mauthano Rege, in  
ipſum poſteca ſeuiant, & captiuū abducant, neq; aliud re-  
bus ſuis remediū adhiberi poſſe, quā fraudē fraude p̄re-  
uenire. Barbarus omnia credit, clam pacē cū Rege Mau-  
than & reliquis facit, in noſtrorū exitiū conſpirant. Vocas-  
tur ad ſolenne conuiuium p̄fectus Serranus cū reliquis  
omnibus p̄cipuis, qui numero. xxvii. fuere. hi nihil mali ſu-  
ſpicati, q; barbari omnia aſtute diſſimulauerant, ſecure &  
incaute ī terrā tanquā ii qui cū regulo cibū ſūpturi eſſer,  
descendūt. Inter epulandū ab iis, qui in infidiis collocati  
fuerāt, opprimunt. fit clamor undiq; nuntiat protinus in  
nauibus noſtrorū occiſos, & ī tota iſula hostilia eſſe omnia.  
Proſpiciūt e nauibus pulchram Crucē quā in arbore po-  
ſuerant, a Barbaris magno furore in terram p̄cipitari, &  
in fruſtra ſecari. At Hispani reliqui qui ī nauibus māſerāt,  
de ſociis clade edocti maiores iſidias uerenēt. Quapro-  
pter Anchoris ſublatis, uela uētis oxyus cōmittūt. Addu-  
cīſ paulo poſt ad littora uīetus misere Serranus, obſecrat  
at tā dira captiuitate redimat, ſe impetratſe ut redimi lice-  
ret, mō de ſuis hoc fieri concedat. Noſtri & ſi ducē turpe  
hoc modo relinqre existimabant, tamē fraudē & iſidias  
ueriti in altum tendunt, relicto Serrano misere ad littora  
lachrymante, opemq; atq; auxilium fuorum planetu in-  
genti lugubrig; implorāt. Hispani duce, ſociisq; amissis

D ii

tristes anxiis nauigabat, non modo calamitate & focio/ tum clade perturbati, sed quod iam ad eam paucitatē & numerum essent redacti qui ad tres naues Gubernadas impar haberetur. Qua de re consilium ineunt & continuo cōmunibus suffragiis nihil magis in rem esse decemunt, quā una aliqua trium nauum igni absumpta, duas duntaxat asservare. Accedunt itaq; ad proximā insulam cui Bohel nomē erat, & armamentis in alias duas naues translati terriam hanc concremat, inde ad insulam Gyberh deferuntur. Quam & si auro & gningibere, multisq; aliis rebus felicem cognoscerent, diutius tamen ad eam non moradum censeret, q; Indos illos nulla benevolentia ad se allisci potuerint, Armis autem decemere paucitas prohibebat. Illinc ad Pome insulam tendūt. Duæ in hoc archipelago insulæ erant ingentes ampliæque. quanum altera Solodicta, Cuius rex sexcentos liberos habebat, altera quā diximus Pome Solole maiore est, quippe quæ nauigatioe sexmensium ambiri uix posset, Pome autē trium. Sed quemadmodū illa uastior, ita hæc & terræ foelicitate beatior, & uibus eiusdem nominis magnitudine clarior est. Sed cū Pome insulis cæteris quas haec tenus collustrassent, nobilior haberetur, & inde cæteros bonos mores, uitæq; cultū accipere uidebantur, statui horum populorum mores, & instituta paucis attingere.

**S**VNT omnes hi insulani caphre hoc est gentiles. Solem & Lunā deos colunt. Soli diei, Lunæ uero noctis imperium ascribunt. Illum matrem, hanc feminam dicunt, atque hos cæterarū stellarum parentes uocant, quos omnes deos esse (minutos tamen) arbitrantur. Solem oriētem certis carminibus salutant potius quam adorant. Item lunam.

lariū cōpias explorādas & Regulorū aīos cōciliādos. Tarantula p̄xima erat, & hæc quoq; minima est īsula, q̄ppe q̄ panlo ultra sex milliarios italicos abitū habet. Est huic p̄xima Mathien & ea exilis. Hæc tres Garyophili magnā copiā gignūt sed lōge ubetiorē ī quartū annū. Arbores hæc nō nisi abruptis rupib. puenire solēt, & ita densant ut plerūq; lucū faciat. Arbor hæc tū foliis, tū crassitudine, tū ipsa etiā altitudine lauro simillima est. Garyophylū quod uulgo a similitudine clauiū nominat, nascit̄ ex summis singulis ramusculis, corolla primū, tum in eo flos haud alius quā mali aurei prodit, aciesq; seu cuspis ipsi garyophili summo stipiti īsistet, donec paulatī in longū exurgēs, mucronē efficit. Rube scit primū, mox sole tostum nigrescit. Huius arboris siluas iter se, quēadmodū nos Vineas, idigenæ partitas hēnt. Garyophilū Syris cōdūt, donec alio a mercatoribus trāfferat. Quarta Insula Xluthil haud ceteris maior. Hæc Cynamomum gignit. Arbor hæc surculosa, & alioq; sterilis, siccitate gaudēs, simillima est arbori, q̄ malū fert punicū, huius cortex ad solis calorē dehiscēs a ligno anellit̄, & paululū ad sole detostus fit Cynamomum. Huic p̄pinqua alia est insula q̄ Badā appellat, Molucēsib. īsulis maior apriorq;. In ea myristica nux nascit̄, cuius arbor p̄cera, aplaq; est arbori, q̄ nucem Iuglādē fert, admodū similis, neq; hæc nux aliter quā Iuglās p̄ducit, gemino p̄testa opimento, puluinati primū calicis, sub hoc tenuis mēbrana, q̄ reticulatim nucē amplectit. Hæc apud nos muscatæ flos, ab Hispanis macis vocat nobile atq; salubre aroma, Altera operimētū ligneū est putramē ut Auellanæ, cui quā diximus, ipsa nux inest muscata. Gyngiber uero passim in singulis īsulis huius Archipelagi nascit̄. Aliud seminat̄, aliud spōte p̄ueit. Sed qđ seminat̄, nobilius est. Herba similis illi q̄ Crocum fert, & eo modo

ei⁹ radix fere nascit⁹ q̄ Gyngiber est. Nostri ab regulis fini-  
gulis benigne suscep⁹ fuere , qui exéplo regis Thedori seſe  
Cæſaris imperio ultro submisere, at hispani qui nō niſi unā  
atq; alterā haberēt nauim , statuere de ſingulis quidē aliqd  
afferre, ſed naues Garyophilo onerare, q̄ huius, ano illo ubi  
tior pūetus fuifet, & huius generis aromatis maiorē copiā  
naues ferre poſſent. Impletis itaq; Garyophilo nauibus &  
literis muneribusq; a regibus ad Cæſarē acceptis diſceſſum  
parāt. literæ plenæ erāt fidei , atq; obſeruatiꝝ. munera erāt  
enſes indici alia q̄ id genus, ſed p̄cipuū donū Manucca di-  
ſta hoc eſt Auicula illa Dei qua ſe in p̄lio tutos inuiftosq;  
putāt. haꝝ qnq; fuere miſſæ. Vnā impetraui a p̄fecto nauis,  
quā. R.D.T. mitto nō quod ſe ea ab iſſidiis & ferro tutam  
putet, ut illi perhibēt , ſed qđ eius raritate & pulchritudine  
deleſtet. Mitto quoq; & Cynamomi & muſcatæ & Ga-  
ryophili aliqd ut cognoscat noſtra aromata iſſquæ Veneti  
& Portugalleñ. afferunt, nobiliora recentioraq;. Nostri dū  
ex Thedori ſoluiffet, ecce altera nauis & maior quidē, uicio  
fracta aquā haufit, ita ut ad Thedori regredi neceſſum fue-  
rit. Hispani dū hoc incōmodū nō niſi magno negotio, &  
in multorū dieꝝ ſpatio poſſe tollere animaduerterēt, cōue-  
nere ut altera nauis ad promontorium Cattigaræ, inde per  
altū quā longe poſſet a littoribus īde ueheret , ne a Portu  
gallensib⁹ cōſpici poſſet donec pmōtoriū Africæ quod  
ultra Capricorni tropicū p̄tēdit , & cui bonæ ſpei Portu  
gallēſes nomē indidere, ī cōſpectū ueniret, quod īde haud  
diſſicilis ī Hispaniā eſſet nauigatio, altera uero nauis, cū pri-  
mū refeſta rurſus per archipelagus , uastūq; illū oceanū ad  
littora illius continentis quā ſupra memorauimus , curſum  
capet, donec eā orā repiret, q̄ e regiōe Danenis eſſet, ubi an-  
guſto admodum terræ ſpatio, auſtrale illud mare ab occi-

noctu fulgētē, a qbus liberos foecūdā pecoris foeturā, ter  
ræ uberes fructus, aliaq id genus depoſcūt. Cæteræ pietatē  
& iustitiā colūt & p̄cipue pacē atq̄ otī amāt, Bellū uero  
maxie detestant̄. Regē suū dum paci studet, ut deū colūt,  
cū bellī cupidior sit, non qescunt donec hostiū manu in  
acie ceciderit, Qui ubi bellū gerere statuit (quod raro fit)  
primus a suis ī acie colloca t̄, Vbi oīum hostiū impetū su  
stīnere cogit̄. Neq̄ strenue in hostē inferūt seſe, niſi do  
nec regē suū, occiſum intelligūt. Tū.n. primū p̄ libertate  
& futuro rege pugnare incipiūt, Neq; unquā apud eos ui  
sus est rex belli author q̄ in acie nō ceciderit. Qua de re ra  
ro bella gerūt, fines p̄tendere iniquū putāt. Oībus aut̄ p̄ci  
puū est studiū, ne finitimos populos aut p̄egritinos iniuria  
laceſſant, Verū ſi qñ ipsi laceſſiti fuerint par pari referūt,  
& ne res latius ſerpas p̄tinus ad concordiā ſpectāt. Neque  
qcquā apud eos glorioſius eē poterit, quā ſi q̄s p̄or pacē  
petierit, Neq; itē magis indecor̄ quā in pace petēda p̄z  
uentū eſſe, foedum aut̄ atq̄ detestabile cēſent pacē petēti  
negare, Etiā ſi q̄s iniuria laceſſitus fuerit, Nāq; in huius exi  
tiū finitimi oēs tanquā dirum atq̄ impiū p̄tinus cōſpirāt,  
Quo fit ut oī fere tēpore tranq̄llitate & otio fruant.

Nulla apud hos latrocinia, cædes etiā nullæ. Nemini regē  
pterquā uxoribus eius & liberis alloq fas ē, nō niſi eminus  
p̄ Cānas quas auri illius apponūt, & qcqd uolunt, p̄ eas in  
ſuſurrāt. Post mortē hōi nullum eē ſenſum dicunt, q̄ nec  
ullus ante natalē fuiffet. Aedes hēnt exiles ex lignis & terra  
cōſtractus, partim rudere p̄tim palmae frōdibus cooptas,  
In Vrbe Poine. xx. millia domoꝝ eē certum habet. Vxores  
ducunt quo alere poſſunt. Cibo utunf quē aut aucupium  
aut p̄ſcatio p̄zbet. Panē ex Oriza cōſciunt Pctum ex li

quore, q̄ de cōcisis Palmaꝝ ut diximus, ramis stillat. Alii mercaturā in p̄pinq̄ iſulis faciunt ad quas luncis deferuntur. Alii uenatiōi, alii Piscationi, alii Agriculturæ studēt. Vēstes habent ex Gossampino, Animalia fere etiam oīa q̄ apud nos sunt pr̄ter Oves, Bouē & Asinū, Equi tamen perexigui, & exiles sunt. Camphoræ, Gingiberis, Gynnā, momi magnus apud eos puentus. Inde nostri rege illo Salutato, & muneribus condonato, ad Moluccas tendūt, q̄ illis ab eodem Rege cōmonstratæ fueræ. Veniūt ad littora insulæ, ubi Margaritas magnitudine ouorum Turturū, aut aliquando Gallinaꝝ intelligunt, quæ tamen non nisi in altissimo æquore expiscari possunt. Nostri huiusmodi Vnionē non attulere, q̄ anni tempus illarum piscationē nō pr̄ebebat, coepisse tamen ea in regione Ostrean attestatur, cuius Caro septem supra quadraginta librarum esset. Hinc facile crediderim tantæ magnitudinis Margaritas illic reperiri, cum satis constet Vniones Concharum partem esse. Et ne quicquam pr̄termittam constáter nostri asserunt narravisse Insulanos, Porne Regem gestare in Diademate Vniones duos qui anserini magnitudine. hinc ad insulam Gilonem uentum est, Vbi homines cōspexere Auriculis longis atq̄ adeo pendulis ut humeros attingerent, quæ cum admodum admirarentur nostri, ab indigēis intelligunt non longe distare aliam insulā, Vbi homines essent non solum pendulis sed adeo latis amplisq; auriculis, ut cum ex usu eēt, altera eorum uniuersum caput, contereret. Nostri autē qui nō monstra sed aromata quærent, omisis nūgis, recta ad moluccas tendunt. Octauo mense postquam pr̄fectus eoꝝ Magellanus in Mauthan occubuerat, ab eis repertæ sunt insulæ.

dentali ī quo castellanoꝝ sunt ī ſulꝝ diſiungit. Soluit itaqꝝ  
denuo ex Thedori nauis altera & citra æquinoctialē ad.xii.  
gradus uecta promōtoriū Cattigarꝝ qđ Ptolemæus lōge  
etiā ultra ēqnoctialē pteſum arbitratus eſt, nō īuenere. Sed  
poſtquā ingēs maris ſpatiū demēſꝝ eſſet, ad Promōtoriū  
bonꝝ ſpej, inde ad īſulas Hespīdū delati ſūt. Et cū hæc na  
uis hac nauigatione cōcuffa aquā admitteret, non potuere  
nautꝝ quoru iam multi etiā rerū & nauigationis incōmo  
ditate pierant exhauiēdæ ſentinæ fatagere. Quapropter in  
unā īſulaꝝ q.S. Iacobi nūcupat, dſcēderūt ut ſeruos eme  
rēt. Noſtri autē dū pecuniā nautꝝ more nō haberēt, Ga  
ryophilū pro ſeruis offerunt. Quare p Portugalleñ. q in illa  
īſula magistratū gerit ītellecta, tredecim ex noſtris in uicu  
la cōieſti ſunt, reliqui, q nūero decē & octo erāt, hac rei no  
uitate territi, dimiſſis ſociis cōtinue ī Hispaniā tēdūt, quo  
xvi. mense poſtquā ex Thedori diſceſſere, ſalui atqꝝ incolu  
mes. vi. Septēbris ad portū Hispali ppinquū puenere. Di  
gnores pfecto nautꝝ q æterna memoria celebrent, quā  
qui cū Iafone ad Colchidē nauigarūt Argonautꝝ. Nauis  
autē ipſa multo dignior ut inter ſydera colloceſt, quā uetus  
illa Argo. hæc nāq ex Græcia dūtaxat p Pontū uecta eſt,  
noſtra uero ex Hispali auſtrū uersuſ, indeqꝝ per uniuersum  
occidentē, perqꝝ iſerius hemiſphæriū in orientē penetrāſ  
turſum in occidentem remeauit.

### Errata librarij.

- Charta VII. quas fe ad quintum diem pro quos &c.  
Charta VIII. ex concuſſis palmarū ramis pro cōciſis &c.  
Charta XI. Gynnamomi pro Cynamomi &c.

**R O M A E I N A E D I B V S  
F. M I N I T I I C A L V I  
A N N O M. D X X I I I L  
M E N S E  
F E B.**